

De non iudicando quemquam ante examinatam causam.¹⁾

CCCXCVI. Non est *iustum iudicare aut*
condempnare virum, *cuius causa²⁾* ad
liquidum non est examinata.³⁾

Cassiodor. Historia
trip. 5, 17

Cassiodorii Historia tripartita 5, 17 (M. 69, 996 p.):
Non enim possibile est condemnari virum,
de quo nihil examinatum est.

De non iudicando maiorem a minore.¹⁾

CCCXCVII. Maior a minore non potest iudicari.

A 1. 2. 3 a. b (396. 397). — D 1. 2. 3. 4. — F 1. 2. 3 (om. 397). 4. 5. 6.

396. Rubr. om. A 3b. D 1. F 2. 3. 5. 6. 1 ante] om. D 3. 2 CCCXCVI] om. F 2. Cap. 396
A 3b. CCCLXXVI F 3. CCCXC F 4. CCXLV F 6. 3 condempnare] -dampnare D 2. 3.
4 examinata] -tam D 4.

397. Rubr. om. A 3b. D 1. F 2. 5. 6. 5 maiorem] -re A 3a. D 3. t. 6 CCCXCVII] om. F 2.
Cap. 397 A 3b. CCCXCI F 4. CCXLVI F 6. a minore] minor F 2.

Add. IV. 17 § 9: *Quod si accusatorum personae in i. e. culpabiles apparuerint, ad a. n. ad-*
mittantur, nisi proprias causas, non tamen criminales vel ecclesiasticas, obiecerint.
Angilr. 4 § 9: *Quod si ... (= Add. IV. 17 § 9) ecclesiasticas. (!)*

1, 396. 1) Rubrica praecipue Benedicti verbis (cf. 'iudicando' omisso 'condempnare',
'causa') confecta. 2) Cf. Cassiod. l. c. 997 C.: 'examinata causa possimus proferre
sententiam'. 3) De locutionibus 'iustum', 'iudicare aut condempnare', 'ad liquidum' cf. In-
dicem II.

Ex iisdem schedulis: 2, 313. 2, 381 m.

2, 313: (R) *De non condempnando illo, cuius causa diligenter non est examinata.*
(T) Non est *iustum* condempnare (cf. quoque rubr.!) virum ... (= 1, 396) examinata.
2, 381 m. = 1, 396!

1, 397. 1) Rubrica capitulum duplicat.

Fons ignoratur. Conicere licet capitulum pendere aliquo modo ex Hebr. 7, 7: "Sine
ulla autem contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur", nominatim ea forma, qua
usus est Augustinus, De Genesi ad litt. 1. 10 (Corp. Vindob. XXVIII. 2. p. 321): "... qui
minor est, a maiore benedicitur". — Fontes, quos Benedictus pro oculis habuit, et Hinc-
maro Rem. in promptu fuisse veri similis est. Cf. Opusculum LV capp. adv. Hincm.
Laud. (Migne 126, 311 B): "Non enim tuum est de me iudicare nec mihi iudices dare, quia,
sicut scriptum est, 'minor a maiore benedicitur', ita et iudicatur", insuper etiam Epistulam
Hincmaro Laud. et Libellum expostulationis adv. Hincm. Laud. (Migne 126, 502 = 126, 626):
"Sicut enim secundum scripturam 'minor a maiore benedicitur', ita prorsus minor a maiore,
et non maior a minore iudicatur, ligatur vel solvitur, sicut in decretis Gelasii demonstratur." —
Apud Gelasium in Tomo de anathematis vinculo c. X (Migne 56, 627 C) legitur: "... prae-
cipue cum de secundae sedis ageretur antistite, nec ab inferiori qualibet, sed a prima sede
jure possit absolvi. Inferior quippe potius absolvere non potest; sola ergo potius inferio-
rem convenienter absolvit." — Cf. praeterea epistulam Avieni Vienn. ep. Fausto et Sym-
macho (Migne 59, 248 C): "... non facile datur intelligi, qua vel ratione vel lege ab inferi-
oribus eminentior iudicetur." — Cui attribuendum sit capitulum Ps.-Agath. nescio, quod ex
Cod. Vercell. (Bibl. cap. cathedr.) LXXVI s. X, manu paulo posteriori insertum, Maassen in
'Bibl. Lat. iur. can. manuscripta I' (Wiener SB. LIII, 1866) p. 415 edidit: "Ex Conc. Agathensis
capitulo XIII. Majores personas a minoribus iudicari prohibemus, minores autem a maioribus
sive ab ejusdem ordinis vilis cujuscumque conditionis sint iudicari et testimonio constringi